

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio i
cum uariis

Sicut senatorem clamis ornat, sicut agricultura rusticum, sicut barbarum arma, sicut nautam nauigacionis pericia, et singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat actores, sic episcopum non aliter nisi episcopalis operacio designat ut ex bono opere magis quam professione noscatur plus meritis esse episcopus quam quod nomine uocitetur.

Ambrosius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

clamis] clauis C; agricultura] agriculturam C; pericia] periciam (*cor. sub lin.*) B; bono] bone P V¹; quam] ex *add. (del. sub lin.)* C, ex *add.* L¹ L²; Ambrosius *om.* L¹ L²